

1759.

1. Becht, Joannes Gottliebicus: Vestigia Litterarum castellan-  
sibus apud veteres Romanos. tractus. hacten. notio  
Jo. Christophori Grameri, qua explicat Horatii locum  
lib. I. epist. 1. v. 33-35.
- 2<sup>a</sup> Buderus, Christianus Groll.: De dote et vitalitio filia-  
rum illustrium et nobilium morialium. 2 Saep.  
U. p. 2.
3. Vietmarus, Jo. Wilhelmus, Fac. jur. Decanus: Programm:  
De loco honorarii ministrorum in concursu creditorum,  
inang. Disputationi . . . Christophori Conradi W. electum  
Inidensis . . . praemissum.
4. Vietmarus, Jo. Wilhelmus: De juribus civitatum Imperia-  
lium prescribitur de juribus et privilegiis liberae  
Imperiali civitatis Augusae Vindelicorum.
5. Vietmarus, Jo. Wilhelmus, Fac. jur. postdecanus: Program-  
ma: De coheredis institutione in codicillis  
facta valida, inang. Disputationi Joannes Thome  
Qitheri . . . praemissum

1757.

6. Vietharius, Jo. Wilhelmus, Fa. jur. practicus: Program-  
ma, De successoribus in feudis regalibus ad agnoscenda  
debita & predecessoribus contracta non obligatis, in an-  
jurati Disputationi Helms. Hermanns Nathanael Wilcke-  
ni . . . praesidium

7. et Engen, Fr. Rudolphus: De abolitione. 2 Exempl

8. Falcke, Joann. Rudolphus: Utrum ab illo, si rem in  
se spectemus, quae jusjurandum velatum suscepit  
simul jusjuramentum coloniali speciale seu maritali  
origini possit?, quo Joanni Rudolpho Hellbeckio  
. . . praetoris provinciae et actuarii munus  
capienti . . . gratulatur.

9. Heimbürgius, Jo. Casp.: De jure accrescendi.

10. Hellbach, Joann. Rudolphus: De usufructu legali  
ex uxoris metalli fodinis ad maritum pertinente,  
quo de discern. . . gratulatur



1754,

11. Heffeld, Fr. Augustus: De diverso pignoris jure  
liberis in parentum bonis impetente.
12. Hoffmann, Franc. Ludov. : De annis gratiae et praec.  
cipue quatenus ad heredes collaterales transferri queat?
13. Koch, Franc. Christophorus: De constitutionibus prin-  
cipum
14. La Carriere, Joh. Salomo: De qualitate et quantitate  
alimenti in pueris a prima nativitate usque  
ad septimum aetatis annum convenientibus
15. Poyens, Christianus Fridericus: Jus devolutionis  
imperanti ex jure territoriali conveniens.
16. Schmidt, Sebastianus Ludovicus Costus: De generibus  
continuae caesareae geminis
17. Schmidt, Paulus Wilhelmus: De tortura in causis  
civilibus et delictis levioribus regulariter casu.
18. Stapfelius, Franc.: De societate Groenoviciana littera.  
via . . . oratio

1754.

19. Tittel, Carolus Augustus: De substituto vulgari per  
institutum adveniens non excluso, et non adveniens  
excluso.
20. Tittel, Carolus Augustus: De exceptione sponsaliorum  
clandestinorum, ab ipso contrahente, opposita.
21. Walchius, Carolus Fridericus: De philosophia Florentini  
jurisconsulti. Commentatio, qua Christ. Gust. Francisc.  
Walchius, patri . . . felicem . . . Discipulum precatur.
22. Walchius, Carolus Fridericus: De testamento prodigi  
jure Germanico invalido. Commentatio, disputationibus  
juris civilis . . . praemissa.
23. Walchius, Carolus Fridericus: De aquae haerentiae  
servitute.
24. Wiche, Carolus Fridericus: De applicatione systematis juris  
naturae ad jus gentium in commercio officiorum specta-  
tium perspicienda.



1754.

25. Wilckens, Helmer. Nuncius Nathanael: De successione ab intestato.

26. <sup>22</sup> Wundelich, Joannes: De restitutione in integrum contra prescriptionem ex capite ignorantiae non competente  
2 Saemph.

27. <sup>22</sup> Wundelich, Joannes: De evictione in donatione remuneratoria non praestanda. 2 Saemph.







717  
DISSERTATIO IVRIDICA

No. 7206

1754, 20

22

DE  
**EXCEPTIONE SPONSALIORVM  
CLANDESTINORVM,  
AB IP SO CONTRAHENTE  
OPPOSITA,**

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

**ERNESTO AVGVSTO  
CONSTANTINO**

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,  
ANGARIAE ET WESTPHALIAE, RELIQA

CONSENTIENTE ILLVSTRI JCTORVM ORDINE  
PRAESIDE

**CAROLO AVGVSTO TITTEL**


IVRIVM DOCTORE

DIE XXVI. OCTOBR. A. R. S. **1754**.  
ERVDITORVM DISQVISIONI

SVBICIT

**IOANNES NICOLAVS WACHSMVTH**

*Saalfeldensis LL. C.*



IENAE,

LITTERIS MARGGRAFIANIS.



1750

DISSECTATIO IURIDICA

EXCEPTIONE SPONSALIORUM  
CIVILIBUS  
AB IUS CONTRAHENTE

RECTORI ACADEMIAE IURIDICAE  
BEROLINENSIS PRAESIDI JOHANNI

D. O. M. I. N. O.

FRANSTO AVGVSTO  
CONSTANTINO

PRAEFATO ACADEMIAE IURIDICAE  
BEROLINENSIS PRAESIDI JOHANNI

RECTORI ACADEMIAE IURIDICAE  
BEROLINENSIS PRAESIDI JOHANNI

CAROLO AVGVSTO TERTIO

IOHANNES NICOLAUS V. ACHENMATH

LITTERIS MANUSCRIPTI



SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO  
D O M I N O  
FRANCISCO IOSIAE  
DVCI SAXONIAE

IVLIACI, CLIVIAE ET MONTIVM ANGARIAE ET  
WESTPHALIAE, LANDGRAFIO THVRINGIAE, MARCHIO-  
NI MISNIAE, PRINCIPI HENNEBERGAE, COMITI  
MARCAE ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE  
RAVENSTEINII RELIQA.

SVMMO DVCATVS VINARIENSIS ADMINISTRATORI,  
REGII POLONICI ORDINIS, ALBAE AQVILAE  
EQVITI

PATRI PATRIAE INDVLGENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

PRINCIPALI AC DOMINO MPO CLEMENTISSIMO  
PATRI PATRIAE INDULGENTISSIMO  
REGNI POLONICI ORDINE ALBAE AGULAE  
SVMMO DVCAVS VIVARIENSIS ADMINISTRATORI  
RAVENNATIBVS BELLETA  
MAGNAE ET RAVERNERCAE CIVITATIS  
PRINCIPALI HENNERCAE COMITI  
WESTPHALIAE LANDGRAVIO THVRINGIAE MARCHIO  
IVLACI CIVITAE ET MORTIVM ANSARIAE ET  
DVCI SAXONIAE  
FRANCISCO IOSIAE  
DOMINO  
SERENISSIMO PRINCIPALI AC DOMINO





SERENISSIME PRINCEPS  
DOMINE CLEMENTISSIME

**C**omplures iam circumacti sunt anni,  
quod TVA, PRINCEPS SERENISSIME,  
sub tutela, quam certissimam semper exper-  
tus sum, alienigenae mihi viuere contigit.  
Cuius sane consilii, TVO me subiucendi im-  
perio clementissimo TVISQUE in terris aeta-  
tem degendi, ne nunc quidem me poenitere  
profiteor: tanta est, DOMINE, TVA in

\* 3

TIBI

TIBI subditos gratia, tanta eorum salutem  
tuendi amplificandique cura! Ex quo igitur  
litteris (ad quas maturius adplicuiffem ani-  
mum, si fata tuliffent) operam dare institui,  
id in primis mearum esse partium, TIBI potis-  
simum PRINCEPS SAPIENTISSIME, ut ad-  
probarem studia mea, intellexi. Atque id qui-  
dem est, cuius cauffa veniam abs TE, DOMINE  
CLEMENTISSIME humillime peto, quod le-  
ues pagellas hasce TIBI dedicare atque ipsis  
ex SERENISSIMO NOMINE TVO, quod  
earum in fronte fulget, ornamentum, pace  
TVA, conciliare sustinui. Sunt illae studio-  
rum meorum primitiae, quae nemini potius,  
quam

quam TIBI, SERENISSIME PRINCEPS,  
offerendae erant, ut ita temporis in aca-  
demia, quae TVAE quoque curae quam  
plurimum debet, collocati ratio aliquo modo  
redderetur. Quas ut simul summae meae  
in TE, DOMINE, pietatis testes esse patiare  
adeoque serenissima, qua in omnes, qui TVO  
imperio parent, uti soles, fronte excipere ve-  
lis, demississime oro. Ferret quidem animus, si  
pares voluntati vires natura mihi indulsis-  
set, egregias TVAE illius diuinae mentis vir-  
tutes, Amor et Deliciae populi tui, prae-  
dicare: sed vero tacita eas potius venera-  
tione prosequi, quam exili oratione com-

memo-

*memorare malo, qui pro TVA SERENIS-  
SIMAEQUE GENTIS TVAE incolumitate atque  
salute, castissimis supremum, quod sapien-  
tissime rebus humanis providet, numen nun-  
quam non implorabo precibus, meque meaque  
studia, TVO, quod ad felicitatis meae cumu-  
lum faciet, praesidio, quanta possum animi  
submissione, commendo*

SERENISSIME PRINCEPS  
DOMINE CLEMENTISSIME  
SERENISSIMO NOMINI TVO

Jenae D. XV. Cal. Nouembr.  
A. R. S. cIo Io cc LIIII.

*deuotissimus*  
IOANNES NICOLAUS  
WACHSMVTH.



## CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

- §. I. Introitus.
- §. II. Definitio sponsaliorum.
- §. III. Ad sponsalia certa requiruntur sollemnia.
- §. IV. Definitio sponsaliorum publicorum et clandestinorum
- §. V. Sponsalia clandestina vario modo oriuntur.
- §. VI. Consensus parentum est formale sponsaliorum iure diuino,
- §. VII. iure Romano,
- §. VIII. et aliis iuribus.
- §. IX. Quatenus emancipati liberi consensu parentum opus habeant
- §. X. An iure Can. consensus parentum necessarius sit.
- §. XI. Num etiam consensus tutorum, curatorum et consanguineorum ad sponsalia requiratur iure R.
- §. XII. iure. Can. et Germ.
- §. XIII. Testes etiam ad formam sponsaliorum pertinent.
- §. XIV. Prima species sponsaliorum clandestinorum.
- §. XV. Secunda species.

§. XVI.

- §. XVI. Tertia species.
- §. XVII. Ex sponsalibus clandestinis interdum agi potest,  
quod postquam
- §. XVIII. formatus est status controuersiae,
- §. XIX. accuratius determinatur.
- §. XX. XXI. XXII. XXIII. Exhibentur principia quaedam.
- §. XXIV. Regula prima de exceptione sponsaliorum  
clandestinorum, eaque
- §. XXIV. magis corroboratur
- §. XXVI. Secunda regula, quae
- §. XXVII. vberius confirmatur.
- §. XXVIII. Remouetur dubium quoddam.
- §. XXIX. Tertia regula
- §. XXX. XXXI. XXXII. Illustratio eius
- §. XXXIII. Remouetur obiectio,
- §. XXXIV. Quatenus detur exceptio clandestinitatis ex  
sponsalibus, sine tutorum vel curatorum con-  
sensu initis.
- §. XXXV. et ex iis, quae sine testibus ineuntur.

*Q. D. B. V.*



Q. D. B. V.

§. I.



Quamquam leges nostrae damnent sponsalia clandestina: saepissime tamen fit, ut homines in occulto et remotis arbitris de futuro matrimonio pacifcantur, et dein altera pars, ex sponsalibus clandestinis conuenta, exceptione clandestinitatis se tueri studeat. Tunc disputatur, an haec exceptio ab ipso contrahente opponi possit, cum ipse contrahens suam prodat nequitiam, hac exceptione utens? Silent hac de re plerique Jcti, qui de sponsalibus multa congefferunt. Euolnimus BOEHMERVM, CARPZOVIUM, BERGERVM, BRVNEMANNVM, TITIVM, STRYCKIUM, LEYSERVM, aliosque et nihil quod ad hoc argumentum pertinet, in-

A

uenire

uenire potuimus. Quamobrem non inutile fore arbitramur, hac de re quaedam differere.

§. II.

Sponsalia sunt pactum de futuris nuptiis

\*) Dicitur hoc pactum sponsalia a spondendo, quia moris erat apud Romanos pactum hocce per sponsonem seu stipulationem inire *L. XI. ff. de spons. Probat hoc locus PLAVTI in Aulular. Act. II. Sc. 2.* ubi MEGADORVS ab EVCLIONE sibi sponsam stipulatur hoc modo :

*Quid? nunc etiam mihi DESPONDENS siliam?*

*E. illis legibus,*

*Cum illa dote quam tibi M. SPONDEN' ergo?*

*E. SPONDEO.*

*Conf. STRYCK de diffensu Spons. Sect. I. §. VI.*

§. III.

Cum sponsalia in pacto consistant et pactum solo consensu duorum vel plurium regulariter perficiatur: sequi videtur, vt etiam ad sponsalia nihil praeter consensum paciscentium requiratur. \*) Sed multis pactis solemnitates quaedam a legibus praescriptae sunt, iis praecipue, quae de re ardua et magni momenti ineuntur, et cum spon-



sponsalia de futuro matrimonio ineantur, quo nihil fere magis arduum est \*) et quod *gravis sarcina* est, iudice HIERONYMO: \*\*) non immerito etiam iis sollempnia certa et forma certa praescribuntur, ne homines festinanter nimis ad ea contrahenda accedant et per hoc in perniciem ruant.

\*) *c. f. de proc. VI.*

\*\*) *c. VII. C. XXXII. qu. VII.*

§. IIII.

Haec forma seu sollempnia, sponsalibus a lege praescripta, vel omnia actu adhibentur in sponsalibus, vel non. Si prius, oriuntur sponsalia *publica*, si posterius *clandestina*.

§. V.

Ex his notionibus sequitur, non solum ea sponsalia esse clandestina, in quibus plura sollempnia omittuntur, sed et ea in quibus pleraque observantur, omisso tantum unico. Et cum sollempnia sponsaliorum sint varia, fieri potest, ut iam hoc sollempne negligatur, mox aliud, ideoque sponsalia clandestina vario modo oriuntur. Nimirum tot species clandestinorum sponsaliorum cogitare

possumus; quot requiruntur sollemnia. Hinc sollemnia sponsaliorum ante omnia sunt indaganda.

§. VI.

Secundum ius commune nihil ad formam sponsaliorum requiritur, quam consensus parentum, si celebrari sponsalia parentes habent. Necessarius est iste consensus iure diuino atque humano. Sub iure diuino intelligimus non solum ius diuinum reuelatum sed et naturale. Quod iure naturali liberi absque parentum consensu nuptias contrahere nequeant, ex eo facile constat, quod liberi parentibus debent reuerentiam, cui sane conueniens non est, si liberi negotia grauissima in seipsis et inuitis Parentibus celebrant. \*) Cum iure naturali conspirare ius diuinum reuelatum, apparet ex variis exemplis, in sacro codice propositis. ISMAEL accepit vxorem a manu matris. \*\*) TOBIAE Angelus suasit, vt a patre RAGVELE SARAM vxorem peteret. \*\*\*) SAMSON licet perdit eam amaret Philistinam, eam tamen abducere refragantibus Parentibus noluit. \*\*\*\*)

\*) Agnosceit hoc IUSTINIANVS in pr. 7. de nupt. naturali ratione.

\*\*) Gen. cap. XXI. v. XXI.

\*\*\*) Tob.

\*\*\*) *Tob. cap. VI. v. XV.*

\*\*\*\*) *Jud. cap. XIV. v. II. III.*

§. VII.

Iure Romano consensus paternum ad nuptias requiri noto notius est. Rationem Romani non tam in reuerentia ponunt quam in patria potestate, et cum haec soli patri non matri iure Romano competierit, sufficere Romani statuerunt consensus patris, matris consensus necessarium haud iudicantes. \*) Sed quia haec dispositio iuri naturali repugnat, quo et matris consensus requiritur, cum matri aequae ac patri liberi debeant reuerentiam, praeterea apud nos matri etiam est potestas in liberos: \*\*) hinc non immerito moribus nostris liberi matris quoque consensus expetere debent, si sponsalia inuent. \*\*\*) Imo, quamquam apud Romanos matris consensus non absolute necessarius fuerit: eum tamen honestatis causa plerumque requisitum fuisse, probatur ex **CATVILLO \*\*\*\*)** et **TERENTIO, \*\*\*\*\*)**

\*) *L. XX. C. de nupt.*

\*\*) *LYNCKERI d. de matris potestate.*

\*\*\*) *BEVST. de matrim. c. XLVI. CYPRAEVS de sponsal. cap. VI. §. VII. CARPL. iurispr. confist.*



*Lib. II. def. LIV.* Matris tamen voluntas in  
nuptiis liberorum iure cedit voluntati patris, cum  
hic sit caput familiae, *LEYSER. in medit. ad ff.*  
*Spec. XVIII. med. II.*

\*\*\*\*) in *Epithalamio in f. ubi :*

*Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est  
Tertia pars MATRI data, pars data tertia patri  
Tertia sola tua est, noli pugnare duobus  
Qui genero sua jura simul cum dote dederunt.*

\*\*\*\*\*) in *Phormione Act. IV. sc. V.*

*Transito ad uxorem meam, ut conveniat hunc  
Priusquam hinc abeat, volo ipse quoque voluntate  
haec fieri  
Ne se ejectam praedicet.*

### §. VIII.

Non solum apud Romanos liberi non recte contra-  
hebant nuptias dissentientibus parentibus, sed et aliae  
gentes moratiores iniustas credebant nuptias liberorum,  
in sciiis parentibus celebratas. Huc refero in primis  
Graecos, sapientissimarum legum laude conspicuos. \*)

\*) Apud *TERENTIVM in Andria*, ex Graeco expressa  
*Act. V. sc. III. SIMO* ita conqueritur:  
*Adeo impotenti esse animo ut praeter civium  
Morem atque legem et sui voluntatem patris  
Tamen hanc habere fudeat cum summo probro*

PANE-

PANEGYRIS apud PLAVTVM in *Sticho* Act. I. Sc. I.

Sic respondet forori :

*Neque est cur studeam nunc has nuptias mutarier  
Verum postremo hęc in patris potestate est situm  
Faciendum id nobis est, quod parentes imperant.*

§. IX.

Non tamen iure Romano filius emancipatus necessitate adstringitur requirendi patris consensum ad nuptias. \*) Iure naturali autem hunc quoque ad id obligatum esse credimus, quia fundamentum obligationis in reverentia consistit, parentibus debita, (§. VI.) haec autem post emancipationem non cessat. \*\*) Caeterum ratihibitio parentum sponsalia valida reddit etiam quoad tempus antecedens. \*\*\*)

\*) L. XXVI. ff. de rit. nupt.

\*\*) CARPZ. l. c. def. XLIX. Interim alicubi liberi sui iuris ex sola honestate non ex necessitate adhibent parentum consensum. Hoc statuit potentissimus Borussiae Rex in *consist. d. XV. Dec. cl. I. c. cxciv. Von Verlobniß und Ehe-Sachen §. XII. Wenn die Kinder bereits würcklich separatum familiam führen, und etwa ihren Ehegatten verlobren, auch darauf ad secunda vota zu schreiten entschlossen seyn, alsdenn wird ihrer Eltern Rath*

und

und Consens nicht de necessitate, jedoch de honestate erfordert, daferne sie nur an ehrliche und nicht an allzu ungleiche Partbeyen sich wieder verbeyrathen.

\*\*\*) L. VII. C. ad SCrum Maced. L XXV. C. de donat. int. vir. & ux. HUBERVS in Practic. ad I. tit. de nupt. §. X. et ad ff. tit. de rit. nupt. §. V. LEYSER Spec. CGXCI. med. IV.

§. X. Cum ius Canonicum magnam in foris nostris obtinuerit auctoritatem, adeo vt iuri Romano quoque praeualeat: \*) dispiciendum nunc erit, quid illud de parentum consensu disponat. Videtur nobis iure canonico consensus parentum etiam necessarius ad liberorum coniugium. Ita enim decreuit EVARISTVS Papa: \*) *Ali- ter legitimum non sit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem habent, et a quibus custoditur, vxor petatur et a parentibus et propinquiorebus sponsetur.* Pleri- que tamen Jcti sibi persuadent, non de necessitate sed tantum de honestate parentum consensum iure canonico requiri. \*\*) Prouocant ad NICOLAVM Papam, qui *solum consensum eorum secundum leges sufficere dicit, de quorum*

con-

coniunctionibus agitur. \*\*\*) Sed non est verisimile, Nicolaum parentes voluisse excludere, per particulam *solus* cum alius iuris canonici textus eorum consensum perspicue requirat, \*\*\*\*) potius per hanc particulam excludit copulam carnalem, vt sensus canonis fit, ad perfectionem matrimonii non pertinere concubitum. Quod enim consensum parentum nolit exclusum euincitur ex verbis adiectis: *secundum leges.* Siue enim haec referas ad verbum *sufficiat*, siue ad *consensum*, semper intelligitur parentum consensus inclusus, quia consensus non est legitimus aut secundum leges, nisi consentiant parentes, nec secundum leges ciuiles, quas hic intelligi oportet, cum canones longo tempore post lati sint. \*\*\*\*\*)

\*) c. I. C. XXX. qu. V.

\*\*) Innumeros fere Icto, hanc sententiam fouentes, nominat CARPZ. l. c. def. XXXIX.

\*\*) c. II. C. XXVII. qu. II.

\*\*\*\*) cit. c. I. C. XXX. qu. V.

\*\*\*\*\*) Ita ius Can. explicat acutissimus VVLTEIVS ad pr. I. de nupt. Similis est sensus cap. XXV. X. de spons. et matr. vbi *mattimonium LEGITIMO viri et mulieris consensu contrahi dicitur*, et cap. XXIII. X. eod.

## §. XI.

Considerandum nunc est, vtrum etiam consensus tutorum et curatorum ad formam sponsaliorum pertinent, si personae desponsandae nondum iustae aetatis sint. Quoad curatorem equidem res clara est, quod eius consensus non expectandus sit iure Romano, si minor matrimonium contrahere vult. Quia enim curator primario rei datur, nullum ipsi ius est in personam, ideoque hanc obligare minor potest inscio curatore, quod fit si sponsalia celebrat. Hinc SEVERVS et ANTONINVS Imp. rescripserunt: *ad officium curatoris administratio rei familiaris pertinet, nubere autem pupilla suo arbitrio potest.* \*) Aliiter res se habet in tutore. Hic enim primario personae datur, ita, vt hanc dirigere eiusque mores formare possit debeatque, ideoque sine eius auctoritate sponsalia non consistere possunt. Minor tamen apud Romanos erat tutoris potestas in nuptiis, quam matris pupilli, cum secundum matris arbitrium contra tutorem nuptias a iudice decretas esse legamus. \*\*) Confanguineorum auctoritas in contrahendis sponsalibus et nuptiis iure Romano nulla est. \*\*\*)

\*) L.



\*) L. XX. ff. de R. N. L. VIII. C. de nupt.

\*\*) LIVIUS lib. IV. decad. I.

\*\*\*) disponit hoc GORBIANVS Imp. in cit. L. VIII. C. de nupt. vbi haec leguntur verba: *In copulandis nuptiis, nec curatoris, qui solem rei familiaris administrationem sustinet, nec cognatorum vel affinium ulla auctoritas potest interuenire.*

S. XII.

Haec iure Romano de consensu tutorum, curatorum et consanguineorum dicenda. Ius Canonicum autem non solum tutorum sed et curatorum et consanguineorum voluntatem in nuptiis spectari iubet. \*) Secundum leges prouinciales etiam consensus tutorum et curatorum vt et cognatorum passim necessarius est. WALDEMARVS, Daniae Rex, aperte ad nuptias filiae requirit consensum tutorum et cognatorum, ita, vt si quae sine eo nupserit, multetur bonis paternis, \*\*) quod legibus Dithmarsorum conforme esse scribit CYPRAEVS. \*\*\*) Adhibendus etiam est consensus, tutorum, curatorum & proximorum consanguineorum in ducatu Wurtembergico, †) Brunsvicensi, ††) Guelpherbytano †††) et Magdeburgico, ††††) in Marchia, †††††) nec non in his terris. †††††)



\*) *c. I. C. XXX. q. V. ibi: et a quibus custoditur - et propinquioribus. vid. ILL. ENGAV, Patronus atque Praeceptor meus magnopere colendus, in Iur. Germ. lib. I. Tit. XII. §. CCCXXXII.*

\*\*) *Iur. Iur. lib. I. c. VIII.*

\*\*\*) *De spons. c. VI. §. IX.*

†) *Ord. matrim. Württembergica P. I. c. II. §. VI. Ibi sic cautum legitur: Und was hier von der Kinder Gehorsam gegen die Eltern in Ehelichen Verlobungen geordnet, das soll auch von den minderjährigen gegen ihren von der Obrigkeit zu geordneten Vormündern auch nächste Anverwandten mit solcher Maaß verstanden werden, daß wenn die Pflegere sonderbare rechtmäßige und wichtige Ursachen in ihrer Vormunds-Kinder Eheverspruch nicht einzuwilligen hatten, so werden die Fürstliche Ebe-Richter und Rathe keine Ehe erkennen, hingegen auch den Pflegern nicht gestatten, etwa aus Eigennützigkeit oder selbst eigenen Privat-Widerwillen, ihre erwachsene und zum Ehelichen Hauß-Wesen tüchtige Pflege Kinder oder Verwandten von ehrlichen und verständigen Heyrathen abzuhalten und zu verbindern.*

††) *Constit. RVDOLPHI AVGVSTI et ANTONII VLRICI, Serenissimorum Ducum Brunsvicensium d. IV. Jan. a. 1709 CXCI, quae ita disponit:*

*Wenn*

Wenn sie aber keine Eltern oder Vormünder haben zum wenigsten in Gegenwart einiger ihrer nächsten Anverwandten und auch dreyer oder zweyer ehrbaren Männer und Zeugen, in eine Verlobniß sich einlassen sollen.

+++) *Constit. provinc. Guelpherbyt. d. 11. Jan. c1s 1s CCIV.* vbi haec continentur: daß wenn sie annoch Eltern und Vormünder haben anders nicht als mit denselben Rath und vorbergebender ausdrückl. Bewilligung . . . in kein Ehe-Verlobniß sich einlassen sollen. . . . Widrigen Falls aber und dabey einer oder anderer Verlobung, obgemeldte und erforderte Stücke und Requisite unterlassen und nicht der Gebühr beobachtet worden, soll solches vor kein Ehe-Gelobniß geachtet, keinesweges auch in unserm Consistorio und Geißl. Gerichten vor gültig und bündig erkannt werden.

++++) *Ord. matrim. Magdeb. d. III. Dec. c1s 1s CLXII. S. VIII.* Was auch allhier von der Kinder Geborsam gegen ihre leibliche Eltern in Ehe-Verpflichtungen und Versprechnissen von uns geordnet und anbefohlen worden, das wollen wir auch von den Waysen gegen ihre verordnete und bestatigte Vormünder und nächsten Anverwandten Bluts-Freunde, gleichwohl auf solche Maasse und Weise,

wie es die gemeinen Rechte begehren, gemeynet und verstanden haben.

++++) *Ord. const. March. Tit. LIX. ibi:* Es sollen die verordnete unseres Consistorii solche Ehe, die ohne Beyseyn redlicher Leute vollzogen, vielmehr aber die, welche von Personen, so unter ihrer Eltern, Bluts-Freunde und Vormünder gehorsam und Gewalt noch seyn, ohne derselben Vorwissen geschehen, wenn die gleich bezeuget worden, vor unkräftig und unbündig erkennen.

++++) *Ord. matrim. IOHANNIS WILHELMI Serenissimi Ducis Sax. §.* Wenn auch &c. Als ist ferner unser Befehl und Meynung, daß Niemand in unsern Fürstenthum und Landen, so noch in seiner Eltern oder Vormünder Gewalt und Versorgung lebet, sich heimlicher Weise ehelich versprechen, sondern jedes Kind, Sohn oder Tochter, mit Wissen, Rath und Bewilligung seiner Eltern - item der nächsten Freund oder Vormünder verheyrathen soll.

Singulare est quod disponitur in *Statut. Lubecens. lib. I. tit. IV.* Wenn eine Witfraw, ohn ihrer Freunde Rath, die sich das aus wichtigen erheblichen Ursachen vorwegern sich in die Ehe begibt, die sol von allen ihren Gutern nicht mehr haben, denn ihre teglichen Kleider. Von ihrem Gutte  
ge-

gebührt dem Rath 20 Marck, das ubrige haben  
nächstten Erben.

§. XIII.

Testes etiam ad formam sponsaliorum pertinent,  
non quidem iure communi, \*) sed tamen secundum le-  
ges prouinciales plerorumque locorum. \*\*) Praecipuae  
rationes necessitatis testium hae esse videntur, quod ho-  
nestati et pudicitiae muliebri repugnare videtur in angu-  
lo et remotis arbitris de coniugio tractare, et quia lites  
inextricabiles oriri possent ex sponsalibus clam initis, ve-  
ritas enim per testes eruitur. \*\*\*) Sicuti autem in ple-  
risque locis tunc demum testes sunt necessarii, si paren-  
tes et curatores vel tutores desponsandorum deficiunt:  
\*\*\*\*) sic, quod ad numerum testium attinet, plerum-  
que duo vel tres requiruntur et quidem masculi. Ita fe-  
re in his terris, †) porro in Saxonia Electorali, ††) in  
Ducatu Magdeburgico, †††) Würtembergico, ††††)  
Brunsvicensi. †††††)

\*) STRYCK. *Vf. Mod. tit. de spons. §. IV.*

\*\*) MEV. *ad ius Lub. l. I. LAVIERBACH in colleg. theor.  
pr. tit. de spons. §. XI. CARPZ. iurispr. conf.  
lib. II. def. XXXII.*

\*\*\*) CARPZ.

\*\*\*) CARPZ. l. c. qui plures rationes suppeditat.

\*\*\*\*) Imo si tantum vna pars pacifcentium vnum parentem habet et hic in sponsalia consentit, testes non sunt necessarii. BERGER *occ. iur. lib. I. tit. III. §. IV.*

†) *Cit. ord. matrim. IOH. WILH. §. Als ordnen &c. ibi: daß kunftig die Ehesiftung mit Zuziehung beyder seits Eltern und nachsten Freunden, oder sonsten zum wenigsten zweyer ehrlichen Personen - - geschehe.*

††) *Ord. matrim. IOH. GEORGII sub Rubr. von Ehegelöbnißten §. Wo auch zwei Personen, so beyder seits keine Eltern haben, sich ohne jemandes Beyseyn, oder auch in Gegenwart eines Zeugen allein mit einander in Ehe-Gelabniß eingelassen, so soll dasselbe vor ein heiml. Gelabniß gehalten &c.*

†††) *Ord. Magd. politic. c. XXXVII. §. XV. Wenn zwei Personen, welche ihrer Eltern durch den Tod beraubt worden, und nicht mehr unter der Vormundschaft seyn, sich ohne jemandes Beyseyn, oder auch nur in Gegenwart eines Zeugen mit einander in ein Ehe-Gelabniß einzulassen sich unterfangen wurden, soll dasselbe für ein heimliches ungültiges Verbündniß ferner gehalten, und wenn sie sich schon beyderseits darzu bekennen, dennoch so ferne*

ne

ne' ankrafftig seyn, bis beyde Personen solch ihr Fürhaben durch öffentliche Verlebnisß vor zwey ehrlichen Manns - Personen freywillig erwiedern und bekräftigen &c.

†††) *ord. matrim. Wurtembergica P. I. C. III. §. I.*  
 Es ist unsers gnädigsten Fürsten und Herrn fernere Meynung und Befehl, daß weilen billig bey Ehe-Verpflichtungen alles öffentlich Christlich ehrbar und urkundlich hergeben solle, auch diejenigen Personen, so nicht mehr unter Elterlicher Aufsicht oder Vormundern seynd, wenn sie sich ehelich versprechen wollen zu solcher Ehe-Verlobung zum wenigsten zwo ehrliche redliche und obnpartheyische Personen nehmen sollen, durch welche solche Ehe-Verlobung im Fall der Nothdurfft, genugsam und rechtmässig mag erwiesen werden.

††††) *Constit. RVDOLPHI AVGVSTI CI ANTONII VLRICI supra cit.*

§. XIV.

Ex iis, quae de forma sponfaliorum praemittenda fuerunt, facile deduci possunt variae sponfaliorum clandestinorum species, quarum prima est, si sponfalia insciis parentibus ineuntur. Etenim consensus parentum est formale nuptiarum, (§. VI.) adeoque omisso eo, omitti-

tur formale. Quapropter cum ea sponsalia, in quibus unicum formale negligitur, sint clandestina (§. V.): sequitur, ut etiam haec, quae ignaris parentibus celebrantur ad clandestina referenda sint. \*)

\*) CARPZ. *l. c. def. XXXVIII. n. III.*

#### §. XV.

Quia etiam in plerisque locis ad formam eorum sponsaliorum, quae parentibus orbi celebrant, tutorum vel curatorum et consanguineorum auctoritas requiritur: (§. XII.) manifestum est, aliam speciem clandestinorum sponsaliorum esse haec, quae post habito dictarum personarum consilio contrahuntur.

#### §. XVI.

Tandem etiam ea sponsalia nomen clandestinorum merentur, quae absque testibus contra legis tenorem inita sunt, cum etiam testes solemnibus sponsaliorum accendi sint. (§. XIII.) \*)

\*) CARPZ. *l. c.*

#### §. XVII.

Iam de effectu sponsaliorum clandestinorum agendum est et primo quidem eorum, quae absque consensu parentum



parentum, lege refragante ineuntur, sine parentes expresse contradicant, sine sponsaliorum plane ignari sint. Plerique Jcti generatim nulla haec sponsalia esse dicunt, ut nulla inde detur actio. Nobis in regula vera haec videntur esse, sed putamus tamen fallere interdum hanc regulam et nonnunquam ex hisce sponsalibus clandestinis agi efficaciter posse. Finge enim Caium, adhibito parentum suorum consensu, Titiae fidem de matrimonio dare, Titium dissensum suorum parentum metuentem, falso affirmare, eos mortuos esse, scienter eos adhuc in viuis esse et Caium aliter credere non potuisse, quam quod Titia verum dicat, finge porro, parentes eos, qui dum niuebant, mortui dicebantur, postea actu mori, antequam sponsalia haecce clandestina resciscant, et Caium aduersum Titiam ex hisce sponsalibus agere, poteritne Titia uti exceptione sponsaliorum clandestinorum? Nequaquam hoc affirmandum esse credimus, quia si gauderet exceptione, ex dolo suo ius excipiendi haberet, quod principiis iuris et rectae rationi repugnaret. Dabimus itaque operam, ut regulam adductam, quae nimis vaga videtur, suis includamus cancellis, vel, si mauis, illustremus.

## §. XVIII.

Vt autem statum controuersiae rite formemus, monendum nobis videtur, quod non loquamur, de dissensu parentum iniusto, quia hic, si per confistorium parentum consensus suppletur, nullos habet effectus, ideoque ciuilitate pro dissensu non habetur. Similiter huc non spectant ea sponsalia, quae ab initio insciis vel inuitis parentibus celebrantur, ad quae autem eorum ratihabitio postea accedit, haec enim non manent clandestina, sed postea fiunt publica et conualescunt. Porro non loquimur de sponsalibus clandestinis, ad quae accessit concubitus. Haec enim fere ubiuis confirmantur \*. Nobis fermo est de iis sponsalibus, quae sunt clandestina ab initio et manent talia et quidem ob deficientem consensum parentum.

\*) LEYSER. *Spec. CCXCIV. med. I.*

## §. XIX.

Breuem praemittamus totius tractationis conspectum, vt vno quasi intuitu mens nostra perspici possit. Nimirum sic nobis videtur: si sponsalia insciis parentibus ineuntur, aut negligitur consensus parentum vtriusque  
partis,

partis, aut tantum vnius partis. Si vtriusque, neutra pars agere ex sponfalibus potest sed locus dandus est exceptio- ni sponfaliorum clandestinorum, ita, vt etiam ab ipsa altera parte apponi possit. Si vnius, tunc videndum, vtrum ea pars ex sponfalibus clandestinis agat, quae adhibuit parentum suorum consensum, an altera. Posteriori agenti obstat exceptio clandestinitatis. Ponamus autem priorem agere, tunc distinguendum existimamus, vtrum in bona fide sit, dum scilicet ignorat, alterius partis parentes non consensisse, an in male fide. Si posterius, itidem opponi potest exceptio. Si prius, aut ipsi res est cum parentibus iis, qui non consenserunt, dum hi forsan benedictioni sacerdotali contradicunt, aut cum ipsa altera parte, parentibus iisdem mortuis post contracta sponfalia. Priori casu nullum ei ius agendi tribuendum est, sed admittenda est exceptio clandestinitatis, quod secus in posteriori casu, modo ignorantia sit invincibilis. Singula seorsim consideranda et probanda sunt, partim ex iure naturae, partim ex legibus ciuilibus.

§. XX.

Discipiendum ante omnia, quid iuris naturalis sit hac in re, cum huic iuri, quippe diuino, & immutabili,

omnia alia iura facile cedant. De sponsalibus, quia sunt pactum, ea valere debent, quae de pactis. Pactum, cui forma quaedam praescripta est, non semper absolute nullum est forma ea omissa. Nullitas enim est poena. Poena tantum ob delictum locum habere potest. Ergo etiam nullitas. Delictum in dolo vel culpa consistit, ideoque nullitas non nisi ob dolum vel culpam obtinet. Si itaque vterque paciscentium in dolo vel culpa circa omissionem formae versatur, pactum vtriusque respectu nullum est, si vero alterutra pars, tantum huius partis intuitu nullitate laborat. Prius vocant nullitatem *absolutam*, posterius *respectivam*.

§. XXI.

Pactum absolute nullum intuitu vtriusque paciscentis nullum est, (§. ant.) et hinc ex nulla parte ius vel obligationem producit. Quapropter, cum sine iure et obligatione nulla detur actio: consequens est, ut ex pacto absolute nullo neutra pars aduersus alteram agere possit, sed vtrique parti agenti exceptio opponi possit ab altera parte.

§. XXII.

§. XXII. Pactum autem respectiue nullum valet intuitu vnias partis, scilicet innocentis. (§. XXI.) Hinc, cum ex pacto valido nascatur ius perfectum, \*) sequitur, vt etiam ex pacto respectiue nullo vni parti ius perfectum oriatur. Et cum ius perfectum actionem producat, porro sequitur, vt ex pacto respectiue nullo altera pars agere queat, ita nimirum, vt nulla ipsi obstet exceptio.

\*) ILL. DABIES, Patronus atque Praeceptor meus aetatem venerandus in iurispr. vniu. §. CCCCXX.

§. XXIII.

Sed quia ius, quod ex pacto habemus, tantum aduersus pacipientem se exferit: manifestum est, pactum respectiue nullum non ligare tertium.

§. XXIV.

Ex hisce principiis iuris nat. iam ad sponsalia argumentum ducere volumus. Sponsalia sunt pactum (§. II). Quapropter, cum pactum, cuius forma vtriusque pacipientis culpa omissa, absolute nullum sit: (§. XX.) sponsalia quoque absolute nulla sunt, si solemnia omissa sunt culpa



culpa vtriusque partis. Hoc contingit, si negligitur consensus parentum vtriusque partis, \*) ideoque tunc sponsalia sunt absolute nulla. Et quia ex sponsalibus absolute nullis neutra pars agere potest: (§. XXII.) sequitur, vt *ex sponsalibus clandestinis, ob neglectum consensum parentum vtriusque partis talibus, cuilibet parti agenti opponi possit exceptio clandestinorum sponsaliorum.*

\*) Ita est, nisi casus insolitos fingere velis. Interdum enim fit, vt quis parentes suos mortuos esse iuste credat, et tunc in culpa non est, si eorum consensum ad nuptias non exposcit.

§. XXV.

Quod haec exceptio etiam ab ipso reo opponi queat, probari quoque potest ex eo, quod leges nostrae generatim reum tuentur aduersus actorem, si actor et reus in pari versantur turpitudine, \*) quod accidit regulariter, si in contrahendis sponsalibus neutrius partis parentes consentiunt. Nec obstat, vt putant non nulli, quod propriam turpitudinem allegaret reus, dicens, sponsalia a se inita esse clandestina; nam non solum suam sed simul aduersae partis turpitudinem profiteretur, vt sic culpa cum culpa compensanda sit, et res in pristino statu manere

nere debeat. Et quemadmodum, qui accepit aliquid ex causa, non solum intuitu sui sed et dantis turpi, repententi opponere potest exceptionem: sic etiam danda exceptioni ei, qui convenitur ex sponsalibus clandestinis, licet culpa sua concurrat.

\*) L. III. L. VIII. ff. de condiç. ob turp. caus.

§. XXVI.

Si altera pars sponsalia celebrans, parentum suorum consensum impetrauit, altera pars consilium parentum suorum spernit et prior hoc scit, nihilominus tamen sponsalia contrahit: prior aequè in dolo versatur ac si inuitis suis parentibus sese desponderet, violat enim ius parentum alterius partis ex proposito: et altera pars etiam dolose agit vel minimum culpose; ideoque negligitur formale sponsaliorum per dolum vel culpam utriusque partis. Quapropter, cum concurrente utriusque partis dolo vel culpa in omittendis solemnibus, sponsalia absolute nulla sint: (§. XX.) consequens est, *ut etiam haec absolute nulla sint, in quae consentiunt parentes unius partis non vero parentes alterius partis, (modo ignorantia vel dissensus posteriorum utriusque parti notus sit); ideoque etiam*

*ex his neuter aduersus alterum agere possit sed cuilibet agentū ab altero opponi possit exceptio clandestinitatis.*

§. XXVII.

Corroboratur haec propositio per *L. XXVII. C. de euict.* vbi emtori actio aduersus venditorem ad praestationem euictionis denegatur, si emtor tempore emtionis contractae sciuerit, rem, quam emit, non esse venditoris. Ratio huius dispositionis nulla alia est, quam quod emtor in dolo est et rationi conueniens est, ne quis ex dolo suo ius agendi consequatur. Haec ratio etiam casui nostro in §. ant. proposito conuenit, ibi enim etiam ex dolo suo actionem aliquis haberet, si is agere posset ex sponsalibus, qui volentibus quidem suis parentibus sed infcisi vel inuitis alterius parentibus sponsalia contraxit et sciuit ex altera parte deficere consensum parentum, hic enim non potest non in dolo esse.

§. XXVIII.

Vnicum remouebimus dubium. Nimirum obiici nobis posset, quemadmodum nemo ex dolo suo actionem consequi potest, sic etiam neminem exceptionem ex eodem formare debere, quod tamen fieret, si is, qui ne-

gle-



glexit voluntatem suorum parentum in sponsalibus ineundis, se exceptione clandestinitatis defendere vellet erga alteram partem, quae suorum parentum consensum impetravit et ad consummanda sponsalia agit. Sed respondetur, non ex dolo suo haec exceptio oritur reo, sed ex dolo adversarii, quippe qui per hypothesein nostram sciuit defectum consensus parentum ex altera parte. Et cum in pari causa melior sit ratio eius, quem alter aggreditur: (§. XXV.) danda erit procul dubio exceptio dolo contra dolosum. Caeterum, quae §. XXV de allegatione propriae turpitudinis monuimus, huc quoque sunt trahenda.

§. XXVIII.

Si altera pars desponsatarum praeiudicio parentum suorum consensu sponsalia init, iuste credens, probasse ea parentes alterius partis, hoc vero falsum est: illa quidem pars a culpa plane aliena est, non haec, \*) ideoque forma sponsaliorum negligitur et clandestinitas sponsaliorum oritur sola vnus partis culpa. Iam, cum omne pactum, cuius forma vnus tantum paciscentis culpa omittitur, respectiue nullum sit (§. XX.) sequitur, vt etiam haec

D 2

spon-

sponsalia tantum respectiue nulla sint. Ex sponsalibus respectiue nullis altera pars (scilicet innocens) agere potest efficaciter erga alteram partem. (§. XXII.) Hinc manifestum est, *ex sponsalibus clandestinis, quae adhibito parentum suorum consensu ineuntur ab una parte eaque iuste ignorante defectum consensus parentum alterius partis, innocentem partem valide agere posse aduersus nocentem, non obstante exceptione clandestinorum sponsaliorum.*

\*) Haec regulariter in culpa versatur, nisi singulares quaedam circumstantiae concurrant, quae implorare consensum parentum impediuerunt conf. §. XXIV. in not.

### §. XXX.

Quamquam haec propositio satis probata videatur; quaedam tamen illustrationis causa addere licebit. Eadem ratio est horum, de quibus modo diximus, sponsaliorum, ac eorum, ad quae quis ab altero dolo inducitur, ex quibus deceptus agere valide potest, non decipiens. \*) Similiter ex iis, quae uno errante contrahuntur errans facultatem agendi habet, non alter. Cum itaque haec sponsalia non absolute sed respectiue nulla sint, idem etiam dicendum de iis, quae §. ant. adduximus.

\*) BOEH-

BOEHMER *in iur. eccl. L. IV. Tit. I. §. CXLII.*

§. XXXI.

Quia tamen pactum respectiue nullum non obligat tertium, (§. XXIII.) facile intelligi potest, sponsalia de quibus §. ant. dictum, non nocere parentibus, quorum consensus neglectus est, sed hos benedictioni sacerdotali sese opponere posse. Neque enim ipsis ius, quod ex lege habent, per errorem alterius partis adimi potest. Quae ergo §. memorato diximus, eum respiciunt casum, quo innocenti parti tantum cum altera parte contrahente res est parentibus istis silentibus vel forsan mortuis post sponsalia contracta.

§. XXXII.

Neminem fore puto, qui iustam et inuincibilem ignorantiam deficientis consensus parentum ex altera parte, qualem §. XXIX. supponimus, possibilem esse neget. Ea enim non una ratione existere potest. Potest ea primo tunc concipi, si sponsalia inter absentes, qui in locis distitis commorantur, litteris contrahuntur. Si namque Cajus, Londini habitans, puellam Ienensem litteris uxorem sibi petit, eaque rescribendo petitioni eius annuit

et fingit suorum parentum consensum, debetne Caius suspicari, falsa esse, quae referibit puella? Sane nec potest, nec debet eam credere mendacem, cum quilibet ex ipsa lege bonus praesumendus sit, ideoque error eius iustus est. Et haec multo magis tunc obtinent, si de virtutibus sponsae ex probabilibus argumentis persuasus est, et nulla mendacii indicia adsunt. Similiter, si sponsus et sponsa vicini sunt, parentes autem sponsi absentes sunt, fieri potest, ut falsae litterae nomine parentum absentium concipiantur, declarationem consensus parentum continentes, quibus sponsa sine sua culpa in errorem inducitur. Quis enim litteras has credere potest supposititias, si nulla fraudis suspicio concurrit? Porro si testes falsi subornantur, dubium non est, quin etiam hi errorem iustum et invincibilem producere possint.

§. XXXIII.

Iis, quae hactenus diximus, non obstat, quod ordinationes ecclesiasticae pleraeque omnia sponsalia clandestina generatim nulla et invalida declarent ea maxime quae absque consensu parentum celebrantur. Hoc enim non potest non intelligi de omnibus iis clandestinis sponsali-

salibus, quae culpa vel dolo ineuntur, vt haec intuitu eius, qui in dolo vel culpa versatur, effectu careant et parentes non consentientes non ligent. Certe sapientissimi ordinationum ecclesiasticarum conditores nolunt, puniri aliquem, qui culpa expers est, quod tamen fieret, si sponsalia clandestina illius partis intuitu nulla essent, quae diligentiam, qualis in hominem cadit, omnem adhibuit in obseruanda sponsaliorum forma, et si haec pars ex iis agere non posset erga alteram, quae in culpa haeret. Quae itaque de sponsaliorum clandestinorum vi et effectu locuti sumus, menti et intentioni legislatorum exacte conueniunt et nihil aliud sunt quam doctrinalis ordinationum ecclesiasticarum interpretatio.

§. XXXIV.

Haecenus de sponsalibus clandestinis ob violatum ius parentum talibus. Cum vero in nonnullis locis ea quoque sponsalia sint clandestina, quae infans tutoribus et curatoribus ineuntur (§. XV.): dicendum nunc est, quatenus ex his detur clandestinitatis exceptio. Si talia contrahuntur sponsalia, aut vterque desponsatorum subest tutori vel curatori, aut alteruter; ideoque circa haec spon-

sponsalia eodem modo distinguendum est, vti §. XIX. factum, circa sponsalia ignorantibus parentibus contracta. Quapropter his non immoramur.

§. XXXV.

Supereſt, vt vim eorum sponsaliorum ponderemus, quae sine testibus celebrantur. Multi sunt Jcti, qui haec sponsalia non simpliciter nulla esse putant, sed tantum secundum quid, scilicet tunc demum si concurrunt sponsalia publica, ita nimirum, vt si ego Titiae fidem de matrimonio sine testibus dederim, Titia erga me agere non possit, si alii feminae matrimonium publice promiserim, bene vero, si nulla alia inierim sponsalia et de sponsalibus huiusmodi, quae absque testibus contracta sunt, ex confessione partium, vel litteris, vel aliunde constaret. \*) Et secundum hanc sententiam pronunciatum esse legimus apud RICHTERVM. \*\*) Sed videtur nobis haec opinio tum demum vera, si testes ad sponsalia probationis causa requiruntur, \*\*\*) vti quidem est in nonnullis locis, minime autem tunc, si sollemnitate causa exiguntur, quod fit in quibusdam prouinciis, iis scilicet, vbi testes masculi expresse requiruntur. \*\*\*\*) Si enim testes sollemnitate

tatis

tatis caussa adhibendi sunt, et tamen non adhibentur, sponfalia ita nulla esse existimo, vt etiam non concurrentibus publicis sponfalibus, nullam obligationem vel actionem operentur, dummodo vtraque pars in culpa sit. Notum enim est, quod actus regulariter sit inualidus, si forma omittitur.


\*) BRUNNEMANN in iur. eccles. lib. II. cap. XVI. §. XII. SCHNEIDEWIN. de inst. de nupt. P. I. de sponf. n. XXIII.

\*\*) P. I. decis. VIII. n. XLII. his verbis: *Massen denn auch bewehrter Rechts-Lehrer Meynung nach die heimliche Ehe-Verlabnisse, so schlechtbin vor unbundig keinesweges zu achten, wenn kein ander ebeliches und offentliches Verlabniß, welchem durch die vorhero beschehene heimliche Verlobung ein Abbruch oder Verbinderung zugezogen werden wollte oder konnte, vorhanden.*

\*\*) Ita v. g. est in his terris. Nam in ord. matr. IOH. WILHELMI, *supr. cit. S. Als ordnen &c. dicitur: Die Ehe-Versprechung dadurch, wie recht, zu erweisen. Porro in Ducatu Würt. vid. ord. matr. Wurt. P. I. c. III. §. I. ibi: durch welche solche Ehe-Verlobung im Fall der Nothdurfft gnugsam und rechtmässig mäge erwiesen werden.*

E

\*\*\*\*) v. g.



\*\*\*\*) v. g. in Ducatu Magdeburgico. *vid. cir. ord.*  
*Magd. pol. c. XXXVII. §. XV. ibi; Manns-Perfo-*  
*nen.*

§. XXXVI.

Haec pro instituti nostri ratione sufficiant. Pedem  
 itaque hic figimus et rogamus lectorem beneuolum, vt  
 nostros qualescunque conatus benigno sub-  
 leuare velit iudicio.

*Errata*

p. 6, lin. 6. lege: hanc p. 10. lin. 2. leg. pertineat p. 19, lin. 9.  
 leg. Titiam,

F I N I S.



NO-



NOBILISSIMO *aque* DOCTISSIMO

DOMINO  
RESPONDENTI

PRAESES.

**E**X quo te, vir praenobilissime,  
nosse coepi, magnam statim in te per-  
spexi legitimae disciplinae cupiditatem, quam  
indefessa tua industria omnibus iis, qui te  
docuerunt, comprobata dedisti. A prima  
statim iuventute litteris nomen dare tecum  
constitueras, sed fatum te ab tempus ab iis-  
dem auocabat. Quanquam itaque tardius  
animum ad litterarum studia applicueris: po-  
stea tamen eo celeriori gradu in studiorum  
curriculo progressus es. Sic factum est, ut  
breui

breui tempore tantam eruditionis copiam  
TIBI comparaueris, quantam multi longiori  
tempore vix acquirunt. Talem TE aliquan-  
do fore praeuidi, qui caussis in foro pero-  
randis operam cum laude et partium emolu-  
mento nauaret, cum ea, quae ad iura parti-  
um persequenda et defendenda pertinent,  
optime didiceris. Conscendis cathedram,  
publicum eruditionis TVAE documentum  
editurus, de quo TIBI, vt debeo, ex animo  
gratulor. Faxit supremum Numen, vt egre-  
gii TVI conatus felicem nanciscantur succes-  
sum et vt patriae TVAE dulcissimae commo-  
do diutissime saluus incolumisque inferuire  
possis. Vale. Die XXVI. Octobr.

CLV IO CC LIII.

NO-

NOBILISSIMO atque DOCTISSIMO  
**IO ANNI NICOLA O**  
**WACHSMUTH**

S. D. P.

**ACHATIVS LVDOVICVS CAROLVS**  
**SCHMID, D.**

OPPONENS.

Quantum iurisprudentiae incrementi adlatum sit per illas commentationes academicas, in quibus singulares iuris quaestiones ex genuinis fontibus vberius explicatae, nemo est, in historia litteraria vel mediocriter versatus, qui ignoret. Laude idcirco quam maxime dignus es, VIR NOBILISSIME, qui praestantissimum iuris ecclesiastici thema singulari eruditione interpretari et cum erudito orbe communicare studuisti. Opusculum, quod publici facis iuris vberrimum exhibet testimonium indefessae diligentiae, quam non minus in iurisprudentiae studio, quam in aliis scientiis adhibuisti. Gratulor TIBI, AMICE IN PAUCIS DILECTE, de hoc haud vulgaris doctrinae specimine; gratulor de praemiis industriae TVAE mox consecuturis; gratulor vero et mihi de Amico, qui eximiis splendet virtutibus. Vale VIR NOBILISSIME mihiq; et in posterum faue. Dabam  
die XVIII. Octobr. MDCCCXXXIII.

VIRO

V I R O  
NOBILISSIMO DOCTISSIMO QVE  
IOANNI NICOLAO  
WACHSMUTHIO

AVCTORI RESPONDENTI ERVDITO

S. P. D.

C. G. DE KETELHODT

EQVRS SCHWARZBERGICVS

OPPONENS.

**E**a est plerorumque, qui sese literis dicarunt, hominum maxime laudanda indoles, vt simulac, fundamentis feliciter iactis, ad grauiora se satis instructos vident expedienda; suaeque stultia, indefecta acquisita industria, in patriae atque civium commodum impendere apud animum constitauerunt, publicum eruditionis suae pariter atque diligentiae edant documentum. Idem illud TV, Vir Nobilissime, hodierna luce fauente Minerua facis, dum, optime finitis academicis laboribus, erudite conscriptam de elegantissimo themate commentationem contra dissentientium tela defendere TIBI proposuisti. Gratulor itaque TIBI de hoc praeclaro eruditionis TVAE specimen sincero ex animo, optans, vt quaeuis fausta TIBI emanant atque fortunata. De munere opponentis, quod beneuole mihi detulisti, valde egomet mihi gratulor, quoniam bellissima inde mihi enascitur occasio, tam doctri-  
nae TVAE testem esse, quam, vt me TVAE amicitiae in-  
sterum commendatum habeas, maximopere a TE  
rogare. Vale et res TVAS feliciter age.

VIRO NOBILISSIMO

IOANNI NICOLAO  
WACHSMUTHIO

AVCTORI HVIVS DISSERTATIONIS DOCTISSIMO  
AMICO SVO AESTVMATISSIMO

S. D.

IO. CHRISTOPH. KOCH,

*Waldeccus*

OPPONENS.

Optime facis, Vir Nobilissime, dum hodie cathedram  
conscendis iuridicam, doctum ingenii tvi foetum  
eumque primum contra dissentientium tela defensurus.  
Gratissimum mihi est, quod me inter aduersarios tvos  
esse iusseris. Maxime me tibi hoc amoris beneuolen-  
tiaeque documento reddidisti obstrictum. Nihil magis  
in votis habeo, quam vt tibi per totum vitae tempus  
fructus diligentiae tvae existant yberrimi. Me quod at-  
tinet, numquam ego desinam, meum quibuscunque,  
quae mihi se offerent, occasionibus gratissimum tibi te-  
tificandi animum. Amicitiae autem atque beneuolen-  
tiae tvae me vt in posterum commendatum habeas quam  
quem commendatissimum etiam atque etiam oro  
rogoque. Vale.

F

Quam




Quam TIBI felici iunxisti foedere diuam,  
 WACHSMUTHI, non TE deferet alma Themis.  
 Illa TVIS hucdum coeptis non defuit: illa,  
 Quam deamas, merito TE quoque amore colet.  
 Ad nostras quoque TE comitabitur illa, palaestras:  
 Quin TE praesidi fulciet ipsa suo.  
 Hac duce fortis agas! TIBI praemia digna parantur.  
 Quae TE cerra manent, quae TIBI larga precor.

*Amico optimo gratulabundus pos.*

IOAN. GOTTL. AVLIGIVS,

*Lignitiae.*



Freund! der Du Dir gerecht der Tugend Führung  
 wählst,  
 Und sie nie untreu fliehst, noch ihren Weg verfehlest;  
 Freund! der Du Dich schon lang den Musen schätzbar  
 machtest,  
 Und Kunst und Wissenschaft nach ihren Werthe achtest;  
 Der Du durch klugen Fleiß ihr Reich als Bürger mehrest,  
 Und ihre Lehren stets, als Dein Gesetz, verehrest,  
 Der Du zu Deinen Ruhm durch Proben würdig steigest,  
 Und so wie sonst auch jetzt, des Fleißes Früchte zeigest;  
 Freund!

Freund! Du erregest heut des Freundes Zärtlichkeit,  
 Mich reizt Dein ächter Ruhm, und in der Folgezeit  
 Seh ich Dein keimend Glück, das mich mit Recht ent-  
 zücket,

Sch seh, wie Ehemis Dich mit würdigen Lorbern schmücket.

Mit diesen wenigen Zeilen wolte dem Hochadeln  
 Herrn Respondenten, seinem Hochge-  
 ehrtesten Freunde, seinen schuldigen  
 Glückwunsch abstaten.

Desselben  
 ergebenster Freund und Diener

**Johann Georg Gruner,**

aus Coburg, B. N. B.

Wen rühret die Freundschaft nicht, die selbst die Tugend  
 gründet,

Und Wissenschaft und Kunst noch immer fester bindet,

Die kein unedler Zug geschmücketer Heuchelei

Zur Absicht angeflammt, damit sie blühend sey?

Ihr winckt Unsterblichkeit und Stolz auf ihr Entzücken

Muß jeden der sie fühlt, ihr süßer Zug beglücken.

O sanftes Gottheits-Bild, das Menschen menschlich  
 macht

Wie gütig warst du mir, was hast du mir gebracht?

An

An meines Freundes Brust, in Wachsmuths Herz  
gegossen

Hab ich das schönste Glück, die süßte Ruh genossen.

Die Vorsicht gab mir ihn. Blüh' ewig holde Zeit

Die beyde uns dem Trieb der Zärtlichkeit geweyht!  
Mein Wunsch wird schon erfüllt, daß, Freund! dein  
Glück sich mehre;

Du stehst, und kämpffst und siegst, und siegst zur Wahr-  
heits Ehre;

Dein Gegner, weicht und biet Dir die gewonn'ne  
Hand

Und jauchzt zu Deinen Ruhm Dir und dem Vater-  
land.

Dis ist der Weisheit Lohn, den sich Dein Fleiß errungen  
Wenn Du um Mitternacht oft Müh und Schlaf be-  
zwingen;

Dein Schicksal ist Dir hold; der Himmel segnet Dich:  
Er thu es ferner noch. Zieh hin und denk an mich.

J. C. Krause,

aus den Meinungsstücken. D. S. S. S.

Sic non vana fuit de Te spes, dulcis AMICE.

Id praeclara quidem iam documenta probant.  
Doctrinae adsiduo formasti pectora cultu;

Taediaque impensū nulla laboris erant  
Semper dia TVIS adrisit gratia coeptis;

Quam largam porro, DVLCIS AMICE, precor.


IO. GEORG. SCHORTMANNYS,

S. S. TH. C.

Saalfeld.







Jena, Diss, 1754

VD 18







DISSERTATIO IVRIDICA

#10: 7206

1754, 20

22

DE  
**EXCEPTIONE SPONSALIORVM  
CLANDESTINORVM,  
AB IP SO CONTRAHENTE  
OPPOSITA,**

QVAM  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
**ERNESTO AVGVSTO  
CONSTANTINO**

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,  
ANGARIAE ET WESTPHALIAE, RELIQA

CONSENTIENTE ILLVSTRI ICTORVM ORDINE  
PRAESIDE  
**CAROLO AVGVSTO TITTEL**

IVRIVM DOCTORE  
DIE XXVI. OCTOBR. A. R. S. ~~cl~~ ~~lxx~~ ~~cllxxx~~  
ERV DITORVM DISQV I SITIONI

SVBICIT  
**IOANNES NICOLAVS WACHSMVTH**  
Saalfeldensis LL. C.

*\*\*\*\*\**  
IENAE,  
LITTERIS MARGGRAFIANIS.

